



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

31. Celeberr. Literatus fit Riccij discipulus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

con. Sucei natus, sublimitate ingenij toto imperio celeber; Patrem habuerat inter illos trecentos præcipuum, qui Pechini in aula ex quinque millibus seleeti, inaugurarunt Doctorum notis, & honore. Cuius excelsitatem gloria hic fratres inter proximè sequebatur, eratque iam omnibus præstantia indolis admirationi; cum patre demortuo, æstate & opibus abreptus, tandem vitam egit solutam & improbam, quoad in chemicam denique insaniam deuolutus, suas omnes in fumum disflavit diuitias; egens deinceps & per vrbes vagus, paternis amicitiis, quotidiani vietos subsidia quaeritabat, versabaturque potissimum in causis litigantium ad varia tribunalia iuuandis, hoc est Mandarinorum gratiam qua ob ingenium excellens pollebat maxima, nundinabatur in sua commoda. Contigit autem ut Sciaochinum sub discessum Ricci appulsus eum inuiseret, auditeturque de illo tam magnifica, vt eum postea Seiaoceum sequeretur, & Magistrum sibi solenni ritu, donisque adsciceret; quibus respuidis nolens videri agrestis, & rusticus, nec venalis doctrinæ Magister admittendis; dono pretij maioris pannos illi sericos rependit; iure sibi plurimum gratulans quod tam prodigiis ingenij (qua summa est gloria inter Literatos) nactus esset discipulum. Sed eum quod sequitur, longè affecit iucundius: vidit hominem statim, tam altè in nostras penetrare se doctrinas, mathematicas præfertim, & speculatrices; mechanicas item cudentis ex æte & argento, delineandisque planisphaeriis & similibus, tam accuratè scienterque tractare, vt eam ad ferum nouitatem, eiisque solertia Literissimi quique stuperent attoniti; maximè vero cum diceret, legenti auctores Scientiarum Sinensium Principes, videri sibi speciem hominis, vocemque præferre, rationibus carere; plusque auctoris Europæ vel vni paginae, inesse doctrinæ ac solidi quam centum codicibus scriptorum Sinensium. Deprædicabat autem magnificè Ricci, sibique magnoperè de suo plaudebat errore quam ridiculo tam beato, pastasse nimis Riccio promptum esse, Mercurium figere, & in optimum argentum durare, quod Philosophis Europæ familiaris esse ait illa iactaretur; tidebatque se ipse, mirificè gestiens thesauris se locupletatum absque villa comparatione majoribus, quos nunquam esset suspicatus extra fines Sinarum reperiri; & significabat diuinorum Scientiam qua possit sola homines beare; huius ligillatim exceptos articulos, secum ipse apud se attenit, & acriter disputabat, referebatque ad Riccius quos offenderat in iis nodos, planè illos eosdem quos neceunt in scholis nostri Theologi, quibus tamen, quod magis mire, solutiones excoxitabat ita idoneas & acutas, vt duorum unus personas egregiè ageret, insignis discipuli, & præstantis Magistri. Suo igitur qua subtili & acri iudicio; qua Ricci eruditione, de Christiana veritate perspicue certus, Baptismi moras impatientissime cerebat; verum interea, quascumque in vrbes intulisset pedem, Riccius nomen in suprema ponebat aestimatione, siebatque vt multi summis fungentes honoribus

honoribus eius amicitiam prensarent , magno tunc variisque deinceps
 occasionibus religionis bono quibus in præsens missis ; liceat mihi Pa-
 tri Almeidae olim Ruggerij , nunc Ricci socio parentare. Ortus est
 Transoco P. Antonius Almeida , Visei in Lusitania oppido ; Societatem p. Almeidae
 impetravit initio anni 1576. nono post etiam Indias , vbi ministerio ani- virtutes &
 marum strenue insistens , ardebat nihilominus desiderio Sinarum , inter mors.
 quos magnopere confidebat pronum sibi fore , agere fortia & pati.
 Sed hanc ignis diuini flammatum premebat tacitus , & vni Deo integrè
 committebat , huic solum intentus precando assidue , corpùsque cru-
 ciando , vt corroboraret animum , seque diuinis dignum muneribus
 præstaret ; Deo ita suisse affixum narrant etiam iuuem , maximè in
 augustissimo Eucharistiae Sacramento , vt nisi violenter ab eo abstrahi
 non posset , vitro verò ad illum , quasi sponte naturæ rediret. Hinc
 sermo illi , nisi de Deo ac diuinis nullus , sed prudens , & multum ama-
 bilis , cuiusmodi esse oportebat ad pellicendas voluntates , à Deo no-
 bisque alienas ; hæc illi virtus interior , & affabilitas , cum facilis ad pe-
 regreas linguis ingenio conciliauit missionem in Sinas apud Valigna-
 num. Ergo ex India Macauum appulsius , moras non ferens dilati sibi ad
 eos tranitus , licere per Praesides petiit , Sinensi se cuiquam in manci-
 pium tradere , postquam verò Ruggerio comes , bimestri itinere , re-
 gni mediterranea peruersisset , vix inde potuit retrahi , deliberata illic
 in omnem egestatem , & quodvis periculum animi firmitate , nisi qui
 prætererant eius ardori obstatuerint. Tandem Riccio socius iuncta ærum-
 nosis laboribus infesti cœli gravitate in morbum incidit , missusque
 Macauum ad curationem , reportandus fuit paulo post Sciaoeum ; cum
 eius reditus iniecta mentione visus esset reuiuiscere , & absentiam Sinar-
 um morbo ægrius perferre : quo facto Deus mortem ipsi lenire voluit,
 venturam aliqui extra Sinas acerbam. Paucis enim à regressu diebus ,
 tam repente ac validè morbus intruduit , vt septiduo illum extinxerit.
 Quia septidui seriem memoratu dignam suis ad Odoardum Sandem
 Præpositum Macai literis descripsit Martinez , alter nouitorum Sinen-
 sium , qui magno in primis beneficio sibi dicit , quod viro tam sancto
 ægrotanti , postremam operam dedisset ; subdit autem tametsi exem-
 plu feruidæ sanctæque virtutis semper claruisset , supremis his vita
 diebus , cœli donis cumulatiu à Deo auctum. Morbum statim sensisse
 ab initio lethalem , quamquam ipsi nihil majoris in eo periculi nota-
 rent , quam quibus læpius laborarat. Excruciatum dirè acerbissimis
 doloribus , velut reuelerentur maxillis dentes , perpetuam ferè septem
 dierum insomniam crebra cum Deo , cum Matre Virgine , cum Sanctis
 collocutione occupasse , amando , admissa deflendo , inuocando , cru-
 ciatum mensuram Dei nutibus permittendo , dumtaxat rogasse ne
 corpus eo usque torquerent , vt distraherent à Deo mentem ; quam in
 rem egisse ut cubiculi circum parietes , Christi , & Virginis imaginib-
 us ornarentur , missum ab illo se in templum ad supplicandum Deipa-

T iii